

előző kiadásokban csak igen kevés ily fajta költemény jelent meg: talán 25—30,<sup>1)</sup> a mienkben pedig 141.

Kiadásunk legvégén ezeket olvassuk: «*Lectori!* Ne nescias, me huius ipsius Autoris alium quoque libellum Epigrammatum, cum Panegyrico ad Ludovicum Gonzagam et ad Strozios, elegiis Basilea (sic!) misisse et iam *forte ipsum excusum. Vale.* Az itt jelzett kiadásról semmit sem tudunk. Minthogy azonban a tartalom, e rövid jelzés után indulva, megegyezik a bécsi 1569-iki kiadással (nem tekintve az 1567-ben felfedezett Eranemust), azt sejttem, hogy Sambucus itt azon sajtó alá rendezett kiadásról szól, melynek prodromusa volt a páduai kiadás, s hogy talán a baseli kiadóval meg nem egyezhetvén, vissza vette tőle az egész anyagot s egyelőre nem is adta ki, hanem bővítette, 1567 után az Eranemussal kiegészítette s mindent együttvéve csak 1569-ben Bécsben tett közzé.<sup>2)</sup>

Dr. FINÁCZY ERNŐ.

#### AD HESYCHII ALEXANDRINI GLOSSAM ΠΑΡΧΑΠΟΣ.

M. Schmidt in editione Hesychii glossam Πάρχαρος Ζεὺς in Πάρχαϊος Ζεὺς mutavit, coniecturam coniecturae superstruere non dubitans. Ita enim locum corrigere temptavit Corsin. in Diss. I. ad Plut. de placit. philos. c. 7. p. 9., Bentleium, fictorem huius *Panchaei Iovis* secutus, qui fragmentum iamborum Callimachi, quod servatum est apud Pseudo-Plutarchum in libro de

<sup>1)</sup> Teleki előszavát szem előtt tartva, — mely itt autopsián alapszik — azt találjuk, hogy az 1512-iki kiadásban epigramma nem volt; a 2. kiadásban (1513) volt 2; a 3-ikban (1514) nem volt, a IV-ikben (1518) volt «amplius XX»; az ötödikben (1522) nem volt; a hatodikban (1553) Epigrammatum «sylvula»: a hetedikben (1555) úgy látszik voltak epigrammák (v. ö. Teleky II. 120), de hogy csupán az előbb nevezett kiadásokban megjelentek, az kitűnik Sambucus előszavából (l. fenebb), melyben Oporinus kiadásáról mint előtte ismeretesről beszél, másrészt pedig Czvittinger Hung. Litt.-ból (Telekynél, id. h.), hol a páduai kiadásról ezt olvassuk: ... «*Epigrammata ultra omnes editiones alias ab Joan. Sambuco edita Patarii.*»

<sup>2)</sup> E cikk megírásakor értesít Dr. Ábel Jenő tanár úr, hogy e ritka kiadás meg van a bécsi cs. kir. udv. könyvtárban is, Hartl W. udv. könyvtárnok levélbeli tudósítása szerint.

plac. philos. (p. 880. ed. Duebner) et in Schol. ad Alleg. II. Tzetis (apud *Matrangam* in *Anecd. Græc.* p. 609), huncce in modum in genuinam formam restituisse sibi visus est :

*Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,  
οὗ τὸν πάλαι Παρχαῖον ὁ πλάσας Ζᾶνα  
γέρον ἀλαζῶν ἄδικα βιβλία ψήγει.*

Sermo est autem de Euhemero Historiæ Sacræ auctore, ad quem verba γέρον ἀλαζῶν pertinent, quia se humanam deorum originem in insula Panchaia detexisse mendacissime narravit.

Sed codices Pseudo-Plutarchi γάλλεον exhibent, pro quo non Παρχαῖον, ut Bentleius, cuius auctoritatem nullo iudicio adhibito recentiores omnes secuti sunt, sed γάλλειον scribendum esse censeo. Nam primum illud γάλλεον non solum Pseudo-Plutarchi testimonio, sed etiam Scholiis ad Alleg. II. commendatur; deinde, quod ad externam scripturarum similitudinem attinet, Παρχαῖον illud et γάλλεον non ita facile confundi possunt; tum Callimachus certe, Euhemerum oblique perstringens, non de Iove Panchæo, sed de Cretensi, ubi deum a puero educatum esse atque regnasse Historiæ Sacræ auctor narravit, loqui debebat; nam eundem ne in Panchaia quidem Euhemerea Panchæum, sed *Triphylum* appellatum esse e Diod. Sicul. l. V. c. 42, Serv. ad Verg. Georg. II. 139, Lactant. Div. Inst. l. I. c. 11. elucet.

At cur tandem Bentleius γάλλεον Ζᾶνα e textu omnino tollendum esse existimavit? Num Callimachum de templo Iovis Triphylîi, non Panchæi, ab Euhemero descripto cogitasse scivit? Nam illud πρὸ τείχευς ἱερὸν idem est, quod et Diodorus Euhemerum secutus in l. V. c. 44. descripsit agrumque consecratum circa templum situm usque ad fontem sacrum lapidea crepidine — huc enim pertinet πρὸ τείχευς — cinctum fuisse tradidit his verbis: Περιέχει δὲ τὴν πῆγην ὄλην κρηπὶς λιθίνη πολυτελής, διατείνουσα παρ' ἑκατέραν πλευράν σταδίους τέτταρας· ἄχρι δὲ τῆς ἐσχάτης κρηπίδος ὁ τόπος οὐκ ἔστι βάσιμος πλὴν τῶν ἱερέων. Idem Diodorus autem ibidem de templo hæc quoque dicit: Παρὰ δὲ τὴν πλευράν ἑκατέραν τοῦ δρόμου χαλκεῖα μεγάλα κεῖται, τᾶς βάσεις ἔχοντα τετραγώνους, quæ Rhodomannus, præsertim si bases illas quadratas spectas, non sine iure videtur ita vertisse: «Ad utrumque eius latus grandes ex ære statuæ erectæ sunt». At si magis probas, quæ Wesseling (in ed. Diodori) adnotavit: «Ego vasa ahenea fuisse arbitror ex

usu vocis, de quo non dubitabis, modo *Δωδωναῖον χαλκεῖον . . .* in memoriam redegeris», et hoc adversariis facile largior, contentus illis, quæ Diodorus ibidem dicit: «*Ἀγάλματά τε τῶν θεῶν ἀξιολογώτατα, τῇ τέχνῃ διάφορα καὶ τοῖς βάρεσι θαυμαζόμενα*, e quibus ab Euhemero statuas deorum in templo commemoratas esse apparet. Iam si Euhemerum a Diodoro non ad verbum exscriptum esse scimus, quid impedit, quominus æneam Iovis statuam (*χάλκεον Ζῶνα*) pondere mirabilem (*τοῖς βάρεσι θαυμαζόμενα*) ab auctore Historiæ Sacræ descriptam a Callimacho hoc loco commemorari arbitremur, præsertim cum verbum *πλάσας* ad *χάλκεον Ζῶνα* prorsus accommodatum sit?

Nulla igitur modo in textum Hesychii recipiendus est ille *Παρχαῖος Ζεὺς*, quo nomine Iovem neque in Euhemeri libro neque apud Græcos unquam appellatum fuisse scimus. Equidem, multo tutiorem emendandi viam ingrediens, pro *Πάρχαρος* scribendum esse censeo *Παρχαρός*, quod sane dignum optimo maximo deo cognomen est. Significat enim omnia exhilarantem, idem fere, quod *Χάρμων*, lætitiæ dator, quo cognomine Iovem in Bœotia cultum fuisse Pausanias testatur in l. VIII. 12, 1: *Διὸς ἀφέστηκεν ἱερὸν ἐπίκλησιν Χάρμωνος*.

GEYZA NÉMETHY.

### AD PANYASSIDIS HERACLEAM.

(Heracl. frgm. XII. apud *Kinkel*, apud *Pomtow* P. L. Gr. M. Vol. II. p. 72.)

Apud Stob. Floril. XVIII. 22. ad nostram memoriam manserunt etiam Heracleæ versus hi:

*Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῦν' ἀρετὴν νότις ἐστι καὶ αὐτή,  
ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺν πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ  
εὐ καὶ ἐπισταμένως, ἅμα τ' ἄλλον φῶτα κελεύη.  
ἴσον δ' ὅστ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ θοὸς ἀνήρ  
ὕσμινας διέπων ταλαπενθέας, ἐνθα τε παῦροι  
θαρσαλέοι τελέθουσι μένουσι τε θεῶν ἄργα.  
τοῦ μὲν ἐγὼ θείμην ἴσον κλέος ὅστ' ἐνὶ δαιτὶ  
τέρπηται παρεὼν ἅμα τ' ἄλλον λαὸν ἀνώγη· κ. τ. λ.*